HIERONYMUS
Zwettl (Frankreich/Burgund), um 1200 Seite 139v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31650
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



retur tanto contubernio. ne illa absente uiueret.
ut eodem feretro portaret. Sed o mortaliū
fragilitas. et caduca natura. et nisi xpi fides
nos extollat ad celum. et eternitas animę pro-
mittat. cum bestiis ac iumentis corporū
una conditio. Idē occubitus iusto et impio.
bono et malo. mundo et inmundo. sacrifican-
ti et non sacrificanti. Sicut bonus. ita et qui
peccat. sicut qui iurat. sic et is qui iuramen-
tū metuit. Similiter et homines. et iumenta.
in fauillam et cinerem dissoluuntur. Quid diu
differo. et dolorem meū in aliis inmorando
facio longiorē. Sentiebat prudentissi-
ma feminarū adeē mortem. et frigente alia
parte corporis atq; menbrorum solius animę tepo-
rem in scō et sacro pectore palpitare. et
nichilominus quasi ad suos pgeret alienosq;
despiceret. illos uersiculos susurrabat.
Dnē dilexi decorem domus tuę. et locum habi-
tationis glę tuę. Et quā dilecta tabernacula
tua dnē uirtutū. concupiscit et deficit ani-
ma mea in atria dni. Et elegi abiecta eē
in domo dei mei. magis quam habitare in tab-
naculis peccatorum. Cumq; a me interroga-
ret cur taceret. cur nollet respondere
inclamanti. an doleret. et greco sermone re-
spondit. nichil se habere molestię. sed
omnia quieta et tranquilla respicere. Post
hęc obmutuit. et clausis oculis quasi hu-
mana despiceret. usq; ad exspirationē
animę eosdem repetebat uersiculos. ut
uix aure apposita quod dicebat audire pos-
semus. digitumq; ad os tenens crucis signū
pingebat in labiis. Defecerat spc et
anhelabat in mortē. animaq; erumpe
gestiens. ipsum sudorem quo mortalium

uita finitur. in laudes dni conuertebat. Ade-
rant hierusalimorum et aliarum urbium epi. et
sacerdotum inferioris gradus. ac leuitarum in-
numerabilis multitudo. Omne monasteri-
um uirginū et monachorum chori repleuerant.
statimq; ut audiuit sponsum uocantem.
surge. ueni proxima mea. speciosa mea. columba
mea. quam ecce hiemps transiit. pluuia abiit.
sibi leta respondit. flores uisi sunt in terra.
tempus sectionis aduenit. Et credo uide
bona dni in terra uiuentium. Ex hinc non
ululatus. non planctus. ut inter scli homines
fieri solet. sed psalmorum linguis diuersis
examina concrepabant. Translataq;
eporum manibus. et ceruicē feretro subicientibus.
cū alii pontifices lampades cereosq; pre-
ferrent. et alii choros psallentiū duce-
rent. in media ecclia in spelunca salua-
toris est posita. Tota ad funus eius palesti-
narum urbium turba conuenit. Quem
monachorum latentium in heremo cellula
sua tenuit. et quā uirginū cubiculorum
secreta tenuerunt. Sacrilegum pu-
tabat. qui non tali feminę reddidisset offi-
cium. Vidue et pauperes in exemplum
dorcadis uestes ab ea pbitas ostendebant.
omnis inopum multitudo matrē et nutri-
ciam se pdidisse clamabant. Quodq; mi-
rum sit. nichil pallor mutarat in facie.
sed ita dignitas quedā et grauitas ora com-
pleuerat. ut eam putares non mortuam.
sed dormientem. Greco. latino. syroq; ser-
mone psalmi in ordine psonabant. non
solum triduo. et donec subter ecclam et iuxta
specum dni conderet. sed per omnē ebdoma-
dam cunctis qui uenerant. suum funus